

# ISLAM UN VIAGGIO TRA GIUDIZIO E PREGIUDIZIO

*Progetto a cura della Prof.ssa Maria Libera Garabo, sviluppato dagli  
studenti della 4ª A.*

*Si ringraziano per la collaborazione il Dott. Laurenti dell'Università degli  
studi di Torino e il Prof. Tiddia del Liceo Scientifico G. Bruno di Torino.*




## ISLAM UN VIAGGIO TRA GIUDIZIO E PREGIUDIZIO



## DAL MEDIOEVO ALL'ETA' RINASCIMENTALE





## UN MONDO DI MERAVIGLIOSA SCIENZA



## INTELLETTUALE MEDIEVALE



“NANI SULLE SPALLE DEI GIGANTI”

“NANOS GIGANTIVM HUMERIS  
INSIDIENTES”

## IL CORANO



LA PAROLA DI DIO

114 SURE

6236 VERSETTI

SCOPO: GUIDARE L'UOMO

IN OGNI ATTIVITA',

SPIRITUALE E TEMPORALE

# Roberto di Ketton 1110-1160



**ASTRONOMO**  
**TEOLOGO**  
**ARABISTA**  
**TRADUTTORE**  
**PARIGI, CHARTRES**

# Ermanno di Carinzia




**Istria 1100-1160**  
**ASTRONOMO, FILOSOFO**  
**TRADUTTORE, MATEMATICO,**  
**VIAGGIATORE**  
**Il più importante traduttore di**  
**opere dell'astronomia araba**  
**CHARTRES**  
**PARIGI**

## Theodor (Buchmann) Bibliander



Zurigo 1504-1564  
 Studia a Basilea  
 Insegna a Zurigo  
 (nell'Università di  
 Grossmunster)  
 1543 pubblica la  
 traduzione  
 del Corano



**AD REVERENDISSIMOS PATRES AC DOMINOS EPISCOPOS ET DOCTORES ecclesiarum CHRISTI Apologia pro editione Alcorani : THEODORO BIBLIANDRO AUTHORE.**

Quum doctrina Machumetis, quae nongentis circiter annis maximam habitati orbis partem occupavit, atque depasta est uel ut cancer, non edatur in publicum ipsa sola, uerum cum acie ualidissima scriptorum, qui non tam confutant eam et refellunt, quam iugulant atque conficiunt : Spero nemini religionis Christianae studioso, et erudito, et cordato uiro displicere factum. Potiusque typographi studium et operam fauore prosequenda, qui non sine impensis pecuniarum et labore hos libros inquisiuit, et contraxit, ut in communem usum studiosorum uenirent, iudicatuos, quam ut ulla culpa hic deprecanda sit. Sed quia tam indocti et mali, quam docti et integri homines censuram sibi literariam sumunt, multisque ingens est studium omnia omnium facta carpendi et calumniandi : existimaui huius editionis rationem, cuius me fateor magna ex parte authorem, esse reddendam apud uos religionis Christianae Antistites : quorum praecipue interest, sanam pietatis doctrinam conseruare, 10 et latissime diffundere : noxiis autem ratione ac ordine obsistere. Primoque ostendam, etsi Machumetanae doctrinae codex, quem Arabes uocant Alcoran, eiusque sectatorum libri plurima contineant falsa, impia, blasphema, non tamen propterea non legendos esse, neque publicationem eorum librorum labefactare Ecclesiam. Deinde indicabo, cognitionem doctrinae et rerum gestarum factionis Machumeticae, multiplicem utilitatem afferre Christianis hominibus, praesertim nostra tempestate.

Nam si nihil esset legendum, nisi ab omni mendacio et corruptela impietatis remotum, et diuinae scripturae per omnia quadrans, pessime facerent homines Christiani, qui gentilium philosophorum et poetarum libros toties transcribunt, et in priuatis atque publicis Ecclesiarum bibliothecis reponunt, eosque studiose legunt, et pueris in scholis interpretantur : qui certe non minorem continent, docentque 20 impietatem, si quis illis magistris uti uelit, quam Alcoran Machumeticus. Nam uel Deum prorsus negant, quem natura ipsa cunctis hominibus esse demonstrat, uel in ea re haesitant, uel plures deos adeoque innumeros fabricantur. Et quibus, numen atque diuinitatem affingunt, eisdem attribuunt non dico probis hominibus indigna, sed in nullo uilissimo homuncione ferenda in ciuitate bene instituta. Ut interim taceam, quod plerique corporum resurrectionem, animaeque immortalitatem et praemia bonorum, et supplicia malorum aeterna post hanc uitam negant et irrident. Quae persuasio ubi mentem hominis occupauit, tam longe ab omni officio et humanitate abducit, ut nulla fera, nulla uenenatissima bestia saeuior et nocentior existat, quam homo homini. Quae omnia quantumuis impius Machumet oppugnat. Ut taceam lasciuam quorundam poetarum et obscoenitatem, qua uelut dulcedine condiri aiunt sua carmina. Ut alia multa huius generis praeteream. Unde quidam graues uiri non dubitarunt 30 lasciuos poetas appellare tibias cacodaemonis, ut quos ipse inspirans, per illos conetur letifera commenta ingerere hominibus.

*Grazie per l' attenzione*

Componenti del gruppo:  
La Leggia, Ciccarello, Falcone, Vergnano,  
Vasilu